Österreich (Wien), 1473-1474

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6806
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



pellibus est. Et ait nathan
ad dauid. omnia que in cor-
de tuo sunt fac. dns enim tecum
est. Igitur nocte illa factus est
sermo dni ad nathan dicens:
vade et loque famulo meo dauid
hec dicit dns. Nonne edificabis
tu michi domum ad habitandum
Neque enim habitaui in domo ex eo
die qua eduxi israel de egipto usque ad hanc diem. sed
fui semper mutans loca tabernaculi. et in tentorio manens
cum omni israel. Numquid locutus
sum saltem cum iudicibus israel
quibus preceperam ut pascerent po-
pulum meum. et dixerim quare non
edificasti michi domum cedri
nam. Nunc itaque sic loqueris
ad seruum meum dauid. hec di-
cit dns exercituum. Ego tuli te
de caulis et pascuis sequentem gre-
gem. ut esses dux populi mei
israel: et fui tecum quocumque
perrexisti. et interfeci omnes inimi-
cos tuos coram te: feciqz tibi
nomen quasi unius magnorum
qui celebrantur in terra. et de-
di locum populo meo israel. plan-
tabitur et habitabit in eo. et
ultra non commouebitur. nec fi-
lii iniquitatis affligent eos sicut
a principio. ex diebus quibus
dedi iudices populo meo is-
rahel: et humiliauit omnes ini-
micos tuos. annuncio ergo tibi
quod edificatus que sit tibi dns
domum. Cumque impleueris dies
tuos ut vadas ad patres tuos:
suscitabo semen tuum post te quod
erit de filiis tuis. et stabiliam
regnum eius. ipse edificabit
michi domum et firmabo solium
eius usque in eternum. Ego
ero ei in patrem. et ipse erit
michi in filium: et misericordi-
am meam non auferam ab eo
sicut abstulisti te ante te. et stabiliam eum in
domo mea. et in regno meo usque
in sempiternum. et thronus eius erit
firmissimus in perpetuum. iuxta omnia
verba hec. et iuxta omnem
visionem istam. sic locutus
est nathan ad dauid. Cumque venisset rex dauid et sedisset co-
ram dno. dixit. Quis ego
sum dne deus. et que domus
mea. ut perducere michi huc
usque et hoc parum visum est in
aspectu tuo. Adhuc loquens es
super domum serui tui etiam in futu-
rum. et fecisti me spectabilem
super omnes homines. Domine
deus meus quid ultra addere
potest dauid cum ita glorificaueris
seruum tuum et cognoueris eum
dne. propter seruum tuum iuxta
cor tuum fecisti omnem magnifi-
centiam hanc: et nota fecisti omnia
magnalia. Dne
non est similis tui: et non est deus
absque te ex omnibus quos
audiuimus auribus nostris. Quis
enim est alius ut populus tuus
israel. gens una in terra. ad quam
precessit deus ut liberaret et
faceret populum sibi: et magnitu-
dinem suam atque terribilia cuncta
nationes a facie eius que de
egipto liberauerat. Et posuisti
populum tuum israel tibi in populum
usque in eternum: et tu dne factus
es deus eius. Nunc igitur dne
sermo quem locutus es famulo
tuo et super domum eius confirma
in sempiternum: et fac sicut locutus
es: ut maneat usque et magnificetur
nomen tuum usque in sempiternum
et dicatur dns exercituum deus
israel. et domus dauid serui eius